

Johann Simonius Heinrich Schele

Oratio De Divitiis Quod Sint Bonum

Rostochi[i]: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729132072>

Druck Freier  Zugang



H. Schelle .
R. U. phil. 1612 .

ORATIO
DE
DIVITIIS QUOD
SINT BONUM.

In Collegio Oratorio
CLARISSIMI ET DOCTISSIMI VIRI,
Dn. M. IOHANNIS SIMONII,
in Academia Rostochiensium Elo-
quentiæ Professoris publici,

Concinnata & Recitata
ab

HENRICO Schelen Rostoch.

10. Calend. Januar. Anno 1612.



Rostochi
Ex calcographia Joachimi Pedani.
Anno M. DC. XII.


420
Vol. General.

1612

100

DISSERTATIO
SINT BONUM

In Collegio Ontario
CARRISIMAE ET DOCTISSIMAE
M. JOHANNIS SIMONIS
in Academia Ontario



Rostochi
Ex Calcographia Johannis Felani
Anno M. DC. XLII

ORATIO

DE DIVITIIS QUOD SINT
BONUM.



Ota mente, atq; omnibus artibus, Auditores, in dicendi principijs contremuisse, vir ille dicendi peritus Cicero, de se ipso scribit: nec dubitat affirmare, eum etiam, qui humilia subtiliter, magna graviter, mediocria moderate dicere potest; tamen nisi timidè ad dicendum accedat, & in exordienda oratione perturbetur, nomen impudentia mereri. Rectè projectò. intellexit solertissimè vir gravissimus, imo comperit: provincia durà, onere gravi premi eum, qui in hominum literatorum catu sermonem habere necesse habet. Quid vero Auditores, mihi adolescentulo, ingenio minus quàm mediocri, eruditione perquam exigua, dicendi facultate nulla pradito, animi esse putandum est? Verum nullum mihi dubium est, quin, qua benevolentia & humanitate eos, qui ante me ex hoc loco verba fecerunt, audivistis, eadem & me audituri

sis. Tum & illud dictum Menandri me reficit:
ἐκ ἐστὶ πολλῆς ἐφ' ἄλιον μείζον βίης. Solatur deniq; ac confir-
mat me ad tractandum delectum argumentum.
Non enim, Auditores, de reconditis & ab usu
hominum remotis rebus aliquid afferam, sed de re
tali sum dicturus, de qua cuivis, ampla & copio-
sa perorandi materia esse posset. De DIVITIS
enim dicam, & quod bonum sint, hac dissertatiun-
cula mea evincere conabor. Illud modò, ante-
quam ulterius provehar, à vobis magnoperè con-
tendo, ut quando omne mihi perfugium in vestra
singulari humanitate situm est, tenuitatem meam
vestro favore sublevetis, quo mea Oratio his ve-
luti secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit,
finem facilius assequatur. Nemo, ut mea qui-
dem fert opinio, est tam inamamus, tam teter,
tam ab humanitate aversus, ut id, quod ex boni-
tatis fonte profectum est, Bonum esse neget. Ille
autem Bonitatis fons & illa origo, non nisi est
Deus: fons ille omnium bonorum, fons vita, fons
omnium qua ad vitam nostram necessariò requi-
runtur: quem fontem, qui non agnoscit, eum
singularis impietatis & profligatae audaciae homi-
nem dixerim.

Ex hoc

Ex hoc autem fonte profluunt divitia: ab hoc
sunt omnia, qua ad vitam hominum tuendam or-
nandamq; pertinent: pecunia, praeiorum multi-
tudo, regionum possessiones, suppellectilium copia,
& pecudum & servorum. A DEO sunt hac
omnia, à DEO hac promanant, DEI hac sunt
opera & effectus: Deum hac ipsa authorem, crea-
torem, & conservatorem habent. Testatur id
regius Propheta David, cum ad Deum conver-
sus ita inquit: Cuncta qua in caelo sunt, & in
terra; sunt tua: tuum, Domine, regnum, & tu
es super omnes principes: tuae divitia, tua est
gloria: in manu tua magnitudo & imperium
omnium. Testatur id Oseas Vates, qui loco DEI
exprobrans Ecclesia Israelitica saturitatem, hoc
quoq; in sceleribus ipsius ponit, quod non agnove-
rit, quod DEVS ei dederat frumentum & mu-
stum. Testatur id Apostolus Paulus, qui Timo-
theo filio suo confirmat; Deum viventem dare
nobis omnia abundè ad vivendum. Sed quid
testimonijs divinis immoror? cum Ethnicos quoq;
non ignorasse, hoc quod dicimus, Divitias esse bo-
num: quidam ex ijs rotundo ore fateantur. Au-
dite queso Euripidem, at quem Euripidem? Il-

A 3

lum,

lum, cujus singulos versus, singula testimonia
M. Cicero indiget at: Hunc ergo Euripidem
quæso audite Auditores, sic enim ille inquit:

οὐκ ἐπὶ χεῖρα ἴδια κεύκοντα βεβῆ,
τὰ πᾶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελέμεθα.

Nil proprij quicquam mortalis possidet ullus:

Sed quorum nos curam agimus, sunt cuncta Deorum.

*Hic geminus est Græcorum Poetarum excel-
lentissimus, humanioris omnis literatura parens
Homerus: cum ita canit:*

καὶ ποσειδῶν πλεῖον κείχεται κενῶν:

Ζεὺς δ' αὐτὸς νεμῆ ὄλεον ὀλύμπῳ ἀνθρώποισι

Magnificasq; effundit opes Saturnia proles:

Ipse etenim, coeli, qui Jupiter, æthera torquet.

Distribuit Plutum miseris mortalibus agris.

*Quare, cum divitiæ donum Dei sint, eas
bonum quoque esse affirmamus. Est enim omne
donum DEI sine omni contradictione Bonum.
Nonne enim bene valere? Nonne formosum
esse sunt dona Dei? Nonne honor, gloria, A-
micitia, sunt dona Dei? quæ omnia tamen sunt
bona. Quis autem tam dura fronte unquam
fuit, qui neget Prudentiam esse donum DEI?
cum ei pareant robur corporis, sensuum vigor &
congruens facultatum anima per naturam con-
stitutio; hæc autem omnia à natura recipimus,*

& cum

403
Et cum sanitate, hoc est, optima corporis consi-
tuitione connexionem habent. Quid de Nobili-
tate, Fama, Amicis, bona prole, Pulchritudine?
nonne dona Dei? quid de Facundia dicam?
nonne donum Dei? quam, Horatius inter bona
numeravit, Et statim post sapientiam posuit,
inquiens:

Quid voveas dulci nutricula majus alumno
Quam sapere, & fari ut possit, quæ sentiat.

Qua omnia cum dona Dei sint: Et bona esse
necesse est. quicquid enim est, in eo quod est,
bonum est. Quare Et divitias bonum esse oportet.
quod inde quoque patet, quod non una sit
species bonorum. Aristoteles enim Bonum as-
serit rotidem dici modis, quot Ens, hoc est, Bo-
num dividi per omnes categorias, sicut Ens:
Seu, ut clarius me explicem, omne Ens esse Bo-
num, Et omne Bonum esse Ens, sed non unius
generis, verum speciebus inter se, non secus atque
Entia divisum. Philosophi autem nonnulli Bo-
num creatum affirmarunt esse triplex: Bonum
honestum, utile, Et suave. Etsi vero Socra-
dem Cicero testatur solitum fuisse execrari eos,
qui honestatem Et utilitatem tanquam naturæ
coha-

incoherentia opinione distraxissent. tamen res ipsa
evincit & demonstrat, distinctionem hanc bonorum
non esse repudiandam, sed omnino admittendam.
Etenim bonum honestum est ipsa actio voluntatis
in hominibus, congruens legi naturae seu cum ipso
Deo. Bona vero utilia sunt omnes noticia sensuum
& mentis, & omnes res & effectiones ordinatae
ad conservationem vitae. Bonum denique suave
est, aut congruentia objecti cum nervis, aut
est in voluntate latitans, quae oritur ab intelle-
ctus pulchritudine. Recte igitur divisionem hanc
retinemus, eamque ad conservandas in numero
Bonorum divitias defendimus. Fateor quidem,
quod Stoici quoque saepe ingeminant, divitias ne-
minem facere bonum: neque enim divitiis hoc à
Deo tributum est, ut sua vi possessorem bonum
faciant. Sed quod Zeno quispiam inde ne-
gare vult, divitias esse bonum; id tam puerile
atque ridiculum est, ut nihil magis esse possit.
quasi vero nihil bonum sit, nisi quod eum qui
possidet, honestum & meliorem faciat: Abi
hinc cum ista tua conclusione in magnam malam
rem: qui Deum, qui naturam, qui res cate-
ras creatas, quae non honestatis, sed utilitatis ra-
tionem

tionem secum afferunt, tantis probris laceras, ut
quas res ipse Deus boni nomine in prima creatio-
ne insignire non reformidaverit, eas hoc titulo
indignissimè privas, bonitatisq; vim eis omnem
nequissimè subtrahas. Nos vero, Auditores,
admiremur & predicemus Dei Opt. Max. in
genus humanum bonitatem, eamq; infinitam &
stupendam: quod non solum semina virtutum
menti humana indidit, sed magna etiam varie-
tate creavit ea, quae ad conservationem vite hu-
mana faciant. Neq; enim unius illa generis sunt,
sed distincta? quaedam enim ad cultum & victum
corporis pertinent: quaedam ad valetudinem vel
retinendam vel reparandam. quaedam sunt quasi
instrumenta & ornamenta vite: quaedam deniq;
ordini creaturarum conservando inserviunt.
Primi generis sunt nutrimenta omnia: Secundi
sunt medicamenta: tertij sunt metalla: in quar-
to ordine sunt Sol, Luna, & reliqua stelle fixae &
errantes, & quatuor Elementa. O magnitudi-
nem bonitatis divinae! Cum ergo Bonum divi-
tias asserimus; bonum utile illas esse contendi-
mus, & quidem de eo genere utilium, quae vel in-
strumenta, vel ornamenta sunt vite. Nec verò

B

verbo

verbo tantum divitiæ sunt utiles: re autem vera in-
fluctuosa. Stultorum hoc est statuere. Nos, si nos
iplos consuluerimus: quantum commoditatum divitiæ
secum afferant, ipsi videbimus. Nam ita natura com-
paratum est: ut homo ad sustentationem vitæ frumen-
tis, oleribus, plantis, carne, & ejusmodi similibus cibis
indigeat, quæ omnia pecunia parantur. unde & Horat:
venuste inquit:

Nescis quid valeat nummus, quem præbeat usum?
Panis ematur, olus, vini sextarius: adde
Quæis humana sibi doleat natura. negatis.


Ad eandem, enim, vitæ nostræ sustentationem te-
gumenta pertinent, quæ externum frigus & quasq;
injurias à nobis propulsare possint, quod genus sunt ve-
stes, quæ tum etiam ad cultum corporis faciunt. Cum-
que homines simus, multis morborum imbellicitatibus
obnoxij; alijs quoq; vel externis vel internis medica-
mentis opus est. Quid dicam de Oeconomico statu?
pròh quantum suppellectilem iste requirit! apud Græcos
vulgò dicitur: Patrem familias oportere esse bonum
κτῆνικόν, Φυλακικόν, νοσηρικόν τῶν ὑπερχόντων, καὶ χερσινόν.
At hæc omnia sunt circa pecuniam & ex pecunia:
hæc omnia in numerato habere potest is, qui dives est.
Quod si jam relicto statu Oeconomico ad Ecclesiasticum,
Auditores, transfremus: ingens. exsurgeret mihi dicendi
cam.

campus, quantum ad Ecclesiam ornandam possint di-
vitiae. Sed me reprimo: ne forte in externo cultu Ec-
clesiam magis quam in interiore mundicie & ornatu
collocare voluisse videar. Illud, quod de scholis addo,
quod nempe sine sumptibus magnis nec institui nec
conservari possint: id tam est perspicuum, atq; est
Sol, cum meridie lucet. Quare quis est, qui ne-
get, divitiarum & pecuniae ad res humanas vel ser-
vandas vel ornandas maximum esse usum? & quis
eas neget esse Bonum? Constat hoc etiam inde: quod
divitiae, ut in scholis loquimur, sunt praeligenda bona.
Est autem omnis praelectio, siue προαιεσις rei bonae,
quam appetit homo tanquam sui perfectionem: cum
& aversetur omne id quod est noxium; id quod à
naturâ non solum homini, sed etiam bestiis insitum est.
Quare & divitias à quolibet tanquam bonum expeti,
experientia quotidiana testatur. Quid? quod & boni
divitias possedere? Quid enim Abraham? Nonne
valdè dives fuit? Quid Assuerus? qui imperabat ab
India usq; Ethiopiam centum vigintiseptem provin-
cijs, nonne fuit dives? Quid Jacob? quem terra
peregrinationis pro multitudine gregum sustentare non
poterat, nonne dives fuit? Quid Josephus Arimatheus?
nonne dives fuit? ut taceam Salomonem, Lothum,
& alios id genus homines divites. Cum ergo divitiae
donum

donum Dei sint: cum sint utiles ad omne vitæ genus:
cum voluntate & judicio certo ad eas eligendas feramur:
cum boni eas possederint: nullum dubium est,
quin divitiæ sint bonum. Nos vero, Auditores, in id
omni studio incumbamus, ut veras divitiæ nobis com-
paremus, quæ vel navi fracta nobiscum enatare: vel
incendio cuncta consumente animo exportari possint.
Divitiæ enim nullæ sunt magis certæ, quàm quæ ani-
mo possidentur; quæ sparsæ colliguntur: erogatæ rever-
tuntur: publicatæ suscipiunt nobile incrementum: quas
qui habent, soli sunt divites. Soli enim possident res
& fructuosas & sempiternas; Solique, quod proprium
est divitiarum, contenti sunt rebus suis: nihil
appetunt, nihil sibi deesse sentiunt, nil
requirunt.

DIXI.





campus, quantum ad Ecclesiam ornata
vitae. Sed me reprimo: ne forte in ec-
clesiam magis quam in interiore mun-
collocare voluisse videar. Illud, quod
quod nempe sine sumptibus magnis
conseruari possint: id tam est perspicuum
Sol, cum meridie lucet. Quare quae
get, diuitiarum & pecunia ad res ha-
uandas vel ornandas maximum esse
eas neget esse Bonum? Constat hoc etiam
diuitias, ut in scholis loquimur, sunt per-
Est autem omnis praelectio, siue pro
quam appetit homo tanquam sui perf-
& auerferetur omne id quod est noxi-
naturam non solum homini, sed etiam be-
Quare & diuitias a quolibet tanquam
experientia quotidiana testatur. Quae
diuitias possedere? Quid enim Abra-
valde dives fuit? Quid Assuerus? qui
India usque Ethiopiam centum viginti
eius, nonne fuit dives? Quid Jacob
peregrinationis pro multitudine gregum
poterat, nonne dives fuit? Quid Iosephus
nonne dives fuit? ut taceam Salomonem
& alios id genus homines diuites. Ca-



it di-
Ec.
natis
ddo,
nec
est
ne-
ser-
quis
quod
ona.
one,
cum
od a
est.
peti,
boni
onne
it ab
vin-
terra
non
neus
um,
vitia
num.